

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitrvii ... De architectvra libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

Capvt III

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

tia. Etiamq; prouidendum est ne impetus habeat ē meridie. Sol enim cum implet eius rotunditatem, aēr conclusus curuatira, neq; habens potestā tem uagandi uersando conserueſcit, & candens adūrit excoquitq; & imminuit ē corporibus humores. Ideo maxime uitandæ sunt his rebus uitioſe regiones, & eligendæ salubres. Fundamētorum autem si in montibus fuerit, facilior erit ratio, sed si necessitas coegerit in plano aut palustrilō eo ea constitui, solidationes subſtructionesq; ita erunt faciendæ, quemadmodum de fundationibus ædium sacrarum in tertio libro est scriptum. Insuper fundamēta lapideis & marmoreis copijs gradationes ab ſubſtru ctione fieri debent. Præcinctiōes ad altitudines theatrorum pro rata parte faciendæ uidentur, neq; altiores, quām quanta præcinctiōis iuine ris sit latitudo. Si enim excelsiores fuerint, repellent & eiſcent in ſuperviorem partem uocem, nec patientur in ſedibus ſummis, que ſunt ſupra præcinctiōes, uerborum caſus certa ſignificatione ad aures peruenire. Et ad ſummaſ ita eſt gubernandum, ut linea cum ad imum gradum, & ad ſummuſ extenta fuerit, omnia cacumina graduum angulosq; tangat, ita uox non impedietur. Aditus complures & ſpatiosos oportet diſpone re, nec coniunctos ſuperiores inferioribus, ſed ex omnibus locis perpetuos & directos ſine inuerſuris faciendoſ, uti cum populus dimittitur de ſpectaculis, ne comprimatur, ſed habeat ex omnibus locis exitus ſeparatoſ ſine impediſtione. Etiam diligenter eſt animaduertendum, ne ſit locus ſurdus, ſed ut in eo uox quām clarissime uagari poſſit. Hoc uero fieri ita Vox quid. poſterit, ſi locus electus fuerit, ubi non impediatur resonantia. Vox autem eſt ſpiritus fluens, & aēris iictu ſenſibilis auditui. Ea mouetur circulorū rotundationibus in finitiſ, uti ſi in ſtantem aquam lapide immiſſo naſcantur innumerabiles undarum circuli crescentes à centro, & quāmlatiſiſime poſſint uagātes, niſi anguſtia loci interpellauerit, aut aliqua offendio, que non patitur designationes earum undarū ad exitus peruenire. Itaq; cum interpellentur offendioſibus, prime redundantes in ſequentiū diſturbāt designationes. Eadem ratione uox ita ad circiniam efficit motiones. Sed in aqua circuli æqua planitię in latitudinem mouentur: uox & in latitudinem progreditur, & altitudinem gradatim ſcandit. Igitur ut in aqua undarum designationibus, ita in uoce cum offendio nulla primam interpellauerit, non diſturbat ſecundam, nec in ſequentes, ſed omnes ſine resonantia per-

nia perueniunt ad imorum, & summorum aures. Ergo ueteres architec-
tū naturae uestigia persecuti, indagationibus uocis scandētes theatrorum
perfecerunt gradationes, & quesuerunt per canoniam mathematico-
rum, & musicam rationem, ut quæcunq; vox esset in scena, clarior &
suauior ad spectatorum peruenire aures. Vt enim organa in æneis lami-
nis, aut corneis, dies, ad cordarum sonituum claritatem perficiuntur, sic
theatrorum, per harmonicen ad augendam uocem, ratiocinationes ab an-
tiquis sunt constitutæ.

DE HARMONIA. C A P. III.

HARMONIA autem est musica literatura obscura & difficilis,
maxime quidem, quibus græce literæ non sunt note: quam si uolu-
mus explicare, necesse est etiam græcis uerbis uti, quod nonnulla eorum
latinas non habent appellationes. Itaq; (ut potero) quā apertissime ex
Aristoxeni scripturis interpretabor, & eius diagramma, subscribam. si Aristoxe-
nianæq; sonituum designabo, uti qui diligentius attenderit, facilius per-
cipere posse. Vox enim mutationibus cū flectitur, aliás fit acuta, aliás gra-
uis: duobusq; modis mouetur, è quibus unus habet effectus continuatos,
alter distantes. Continua uox neq; in finitionibus consistit, neq; in loco ul-
lo, efficitq; terminaciones non apparentes, interualla autem media pa-
tentia, uti sermone cum dicimus, sol, lux, flos, nox. Nunc enim nec unde in-
cipit, nec ubi desinit intelligitur, sed neq; ex acuta facta est grauis, nec ex
graui acuta appetit auribus. Per distantiam autem è contrario . namq;
cum flectitur in mutatione vox, statuit se in alicuius sonitus finitionem, ac
inde in alterius, & id ultro citroq; crebro faciendo inconstans appetit
sensibus, uti in cantionibus cum flecentes uoces varietatem facimus mo-
dulationis. Itaq; interuallis ea cum uersatur, & unde initium fecit, & ubi
desinet, appetit in sonorum patentibus finitionibus. Mediana autem
parentia interuallis obscurantur. Genera uero modulationum sunt Modula-
tria. Primum quod Græci nominant, ἡγμονα. Secundum, χωμα. tionum ge-
Tertium, σικτον. Est autem harmonia modulatio ab arte conce-
pta, & ea re cantio eius maxime grauem & egregiam habet auerorita-
tem. Chroma subtili solertia ac crebritate modulorum suauorem habet
delectationem. Diatonon uero quod naturalis est, facilior est interuallo

Q rum di-

n cuse
testa
& im-
uicio-
ntibus
tri lo-
emada-
ptum.
ubstru-
o. rata
itine-
supra
enire.
um, &
angat,
iphone
rpetu-
itur de-
separa-
it locus
fieri ita
e autem
culoru-
mascana-
atisime
sio, que
cum
sturbat
es. Sed
latitudi-
qua una-
terpella-
sonana-
tia pera-

M. V I T R V V I I

124.

rum distantia. In his tribus generibus dissimiles sunt tetrachordorum dispositiones, quod harmonia tetrachordorum & tonos & dieses habet binas. Diesis autem est toni pars quarta, ita in hemitonio due dieses sunt collocatae. Chromati duo hemitonio in ordine sunt cōposita, tertium tritum hemitoniorum est interuallū. Diatoni duo sunt continuati toni, tertium hemitonium finit tetrachordi magnitudinem. Ita in tribus generibus tetrachorda ex duobus tonis, & hemitonio sunt peræquata. Sed ipsa cum separatis uniuscuiusq; generis finibus considerantur, dissimilēm habebat interuallorum designationem. Igitur interualla tonorum & hemitoniorum & tetrachordorum in uoce diuisit natura, finiuitq; terminatio nes eorum mensuris, interuallorum quantitate, modisq; certis distantib; constituit qualitates, quibus etiam artifices qui organa fabricant ex natura constitutis utendo, comparant ad concentus conuenientes eorum perfectiones. Sonitus qui græce φθόνοι dicuntur, in uno quoq; gene re sunt decem et octo, è quibus octo sunt in tribus generibus perpetui & stantes, reliqui decem cum communiter modulantur sunt vagantes. Stantes autem sunt, qui inter mobiles interpositi continent tetrachordi conjunctionem, & è generum discriminibus suis finibus sunt permanentes. Appellantur autem sic, proslambanomenos, hypate hypaton, hypate meson, meso, nete synemmenon, parameze, nete diezeugmenō, nete hyperboleon. Mobiles autem sunt, qui in tetrachordo inter immotos dispositi in generibus & locis loca mutant. Vocabula autem habent hæc. Parhypate hypaton, lichanos hypatō, parhypate meson, lichancs meson, trite synem menon, paraneze symmenō, tritediezeugmenō, paraneze diezeugmenon, trite hyperboleon, paraneze hyperboleō. Ei autem qui mouentur recipiunt uirtutes alias. Interualla enim & distantias habent crescentes. Itaque parhypate, quæ in harmonia distat ab hypatediesi, in Chromate mutata habet hemitonium, in diatono uero tonū. Qui lichanos in harmonia dicitur, ab hypate distat hemitonium, in chroma translatus, progreditur duo hemitonio, in diatono distat ab hypate tria hemitonio. Ita decem sonitus propter translationes in generibus efficiunt triplicem modulationum uarietatem. Tetrachorda autem sunt quinq; primum grauiſſimum, quod græce dicitur ὑπάτος. Secundum medianum, quod appellatur μεσός. Tertium coniunctum, quod σύνεμενός, dicitur. Quartum disiunctum quod.

DE ARCHITEC. LIB. V. 125

quod dicitur *μένος* nominatur. Quintum quod est acutissimum greci
πρόσθιον dicitur. Concentus quos natura hominis modulari potest,
graece συμφōνia dicuntur, sunt sex, diatessaron, diapente, diapason,
diapason cum diatessaron, diapason cum diapente, disdiapason. Ideoque
et a numero nomina receperunt, quod cum uox constiterit in una sonorū
finitione, ab eaque se flectens mutauerit, et peruenierit in quartam ter
minationem, appellatur diatessaron, in quintam diapente, in octauam dia
pason, in octauam et dimidiā, diapason et diatessaron, in nonam et di
midiam, diapason et diapente, in quintam et decimā disdiapason. Non enim
inter duo interualla, cum chordarum sonitus, aut uocis cantus factus fue
rit, nec in tertia, aut sexta, aut septima possunt consonantie fieri, sed (ut
suprascriptum est) diatessaron et diapente, ex ordine ad disdiapason
conuenientes ex natura uocis congruentis habent finitiones, et ei con
centus procreantur ex coniunctione sonituum, qui greci φθόνοι dicuntur.

DE THEATRI VASIS. C A P. V.

IT A ex his indagationibus, mathematicis rationibus sunt uasa *area*,
pro ratione magnitudinis theatri, eaque ita fabricentur, ut cum tangun
tur, sonitum facere possint inter se, diatessaron, diapente, ex ordine ad
disdiapason. Postea inter sedes theatri constitutis cellis ratione musica
ibi collocentur, ita ut nullum parietem tangent, circaque habeant locum
vacuum, et a summo capite spatium, ponanturque inuersa, et habeant in
parte qua spectat ad scenam, suppositos cuneos, ne minus altos semipe
de, contraque eas cellas relinquantur, apertura inferiorum graduum cu
bilibus, longae pedes duos, alte semipedem. Designationes autem earum
quibus in locis constituantur, sic explicentur. Si non erit ampla magnitu
dine theatrum, media altitudinis transuersa regio designetur, et in ea tre
decim celle duodecim et equalibus interuallis distantes conformicentur, ut i
ea echea, que suprascripta sunt, ad neten hyperboleon sonantia, in cellis,
qua sunt in cornibus extremis, utraq; parte prima collocentur, secunda
ab extremis diatessaron ad neten diezeugmenon, tertia diatessaron ad ne
ten parmeson, quarta diatessaron ad neten syncmenon, quinta diatessa
ron ad meson, sexta diatessaron ad hypatenmeson, in medio unam dia
tessaron ad hypatenhypaton. Ita hac ratiocinatione uox ab scena, uti ab

Q 2 centro

m di
bet bi
s sunt
triū
rtium
eribus
d ipsa
lēmba
hemis
inatio
stanti
ant ex
eorum
gene
etui
Stan
dicou
entes.
ate me
yperbo
iti in ge
hypate
e synem
menon,
r recipi
Itaque
mutata
onia dici
it ut duo
sonitus
num ua
m, quod
wēop.
functum
quod